Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift

suorum. ne quid suspicionis contra eos habere ui
deretur. Et abiit rex in domum suā & dormiuit
incenatus. cibiq; ñ sunt illati coram eo. in sup &
somnus recessit ab eo. Quanta regis benuolentia.
ut cibum nec die nec nocte caperet. somnum
oculis non concederet. sed cum periclitante pro
pheta. ipse pendere affectu. Si aut rex nesciens
dm hoc facit p altero quem de discrimine iuste
liberare. quantomagis nos ppercatis inedia & ui
gilijs debemus deum ad clementiam flectere.
Tunc rex primo diluculo festinus consurgens ad
lacum leonum perrexit. lacum uocat depressam
in altum foueam. uel arentem cisternam in qua
leones nutriebantur. festinus aut primo diluculo
pgit ad lacum. credens eum uiuere. lacus autem
latine aquarū dulcium congregatio nuncupatur.
ut lacus uenacus. & larus. & ceteri quem greci
λιμνιτιν. id est stagnum uocant. Appropinquansq;
lacu danielem uoce lacrimabili inclamauit. cordis
affectum lacrimis indicat. & oblitus regie digni
tatis. uictor ad captiuum. dominus currit ad seruū.
Daniel serue dei uiuentis. Viuentem uocat ad distinc